pcipiti ſtupefactus nec curās de tāti ictus quaſi leti fera leſione cuȝ maxima celeritate ſurrexit. et equum conat' aſcendere/ſed greci viriliter ei reſiſtūt · Tunc hector ad locum illuȝ acceſſit · ⁊ ut ſcripſit dares fere tunc hector mille milites interfecit · qui achillē defendere conabant' · A quo achilles tunc ſic grauiter fuit oppreſſus/ꝙ ſibi multa fatigatione laſſato vix erat defendēdi facultas. Qui tūc captus indubitabiliter extitiſſet · niſi thelamō ⁊ dux athenaꝝ celeriter occurriſſet/qui achillem equuȝ aſcendere cuȝ multo labore fecerūt. Superueniēte igit' noctis crepuſculo non fuit tunc āpli9 pliatū · ⁊ vtraqꝫ pars bellātiū bello ipo diuiſo in ſua pſidia ſe recepit p trigīta āt otinuos dies acriter fuit pugnatū · Propter qꝺ ex vtraqꝫ pte multi ſunt ceſi/ſꝫ plures ex grecis · De filiis vero naturalibus regis priami infra dies il'os ſex interfecti fuerunt. ⁊ hector iterum in facie vulneratus. Quare rex priam9 regi agamēnoni nūcios ſuos mittit ſex mēſiū petit inducias. que ſibi oceſſe fuerūt treuga firmata

De octauo bello ·

Firmatis igit' ſex mēſib9 datis ad treugā infra hos hector ſibi de vulnerib9 ſuis medet' iacēs tūc i aula pulcritudīs nobilis iliō de q̄ mirabilia ſcripſit dares · Dixit eniēā fuiſſe totaliter inſtitutā de duodeci lapidib9 alabaſtri cū ⁊ iba eēt lōgitudīs paſſuuȝ fere vigīti. Eius pauimētū fuiſſe dixit de criſtello firmatū. ⁊ parietes eius pariter incruſtatos ex diuerſis lapidibus pcioſis. In cuius quatuor āgulis colūne q̄tuor de onichino erāt excēſe pceritatis affixe Sic erāt eiuſdē generis capitella ⁊ ſic ⁊ baſes ipaꝝ

In ſummitate columnaꝝ vero ipſaꝝ erãt de auro q̃
tuor imagines collocate mirabili arte mathematica
īſtitute· de quibus dares ⁊ eaꝝ aſpectibus multa de
ſcripſit que magis inſtar habent inanium ſomniorũ
ꝙ̃ certudinem veritatis. licet ip̄e dares fuerit ꝓfeſſꝰ
ea vera fuiſſe ⁊ ideo de eis obmiſſum ē in hac parte
Interim rex priamꝰ naturales filios ſuos mortuos
fecit inter alios frēs eorũ hõrifice ſepelire facta eorũ
cuiuſlibet ſemotim ſepultura nimiuꝫ ꝑcioſa. Diome
des vero qui totus erat in amore briſeide caleſcens/
quid faciat ignorat et eius animus (vt moris ē ama
torum deſiderantium amatrices eoꝝ quas habere nõ
poſſunt) diuerſis fundit̃ in curis cibo ⁊ potu male
veſci deſiderat. Et dum vigiliis ꝯtinuis macerat̃ in
ſolaciuꝫ ſui doloris ſepius videre briſeidã accedit ⁊
eã ſupplex hortat̃/ vt ſibi ꝯſentiat in multitudine la
crimaꝝ· Sed illa que multuꝫ vigebat ſagacitatis aſtu
cia· ſpem diomedis ſagacibꝰ machinationibꝰ differ
re procurat· vt ip̄m afflictum amoris incēdio magis
affligat· ⁊ eius amoris vehementiã in maioris ardo
ris augmentũ extollat. Unde ſua calliditate ſe nolle
non negat· ⁊ velle ī expectationis fiduciã conat̃ põe
re diomedeꝫ· Elapſis igit̃ ſex menſibꝰ datis ad treu
gam duodecī diebus ſequentibus ꝯtinue fuit pugna
cum infra quos multi de nobilibus utriuſqꝫ partis ī
terfecti fuerunt cum tũc feruentis eſtatis nimio inua
leſcente calore magna mortalitas grecos inuaſit degē
tes in campis· Quare agamennon a rege priamo ꝓ
treuga triginta dierum inducias poſtulauit· quas rx
priamus conceſſit eidem. Elapſis vero trigīta diebꝰ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

predictis vtraq̄ pars parat᷑ ad bellū. Verū a noc
te qua erat primus dies belli futur⁹ post p̄dictas de
curſas inducias andromache vxor hectoris de qua
hector iam ſuſtulerat duos filios vnū nomīe laome
dōtā ⁊ aliū noīe aſtionactā quoꝝ mīor p̄mo adhuc
a matris vbere dependebat de p̄dicto hectore vidit
in ſomniis ſatis terribilem viſionem / q2 ſi hector ea
die egrederet᷑ ad bellum euadere nō poterat quī in
terficeret᷑ in ip̄o bello. Andromache igit᷑ ex tali viſi
one perterrita fluuiales ꝓrupit in lacrimas ⁊ auſa ē
eadem nocte in lecto vbi iacebat cum hectore ſibi il
lam pandere viſionē. Piis itaq̄ p̄cibus illum depre
cat᷑ in lacrimis / vt ſenſuꝫ viſionis attendat. ⁊ ad pre
lium ire nō p̄ſumat eo die. Hector vero ad vxoris
verba nimium indignatus vxorē increpat / ⁊ eā ī mł
ta verborū acerbitate caſtigat aſſerens nō eē ſapien
tis vanitatibus credere ſomniorū. que ſomniātibus
ſemper illudunt. Mane autē facto diluculo andro
mache regi priamo ⁊ hecube ei⁹ vxori mādat ⁊ pan
dit ſue oraculū viſiōis hūiliter rogās eos ut hectorē
eo die ad bellū aliquaten⁹ exire nō pmittat. Mane
igit᷑ ipſo facto aciebus omnibus troianorū per hec
torem ordinatis troilus ad bellum primus egredit᷑.
deinde paris deinde eneas. ſubſequēter polidamas.
deinde rex ſarpedō. deinde rex epiſtropus. deīde rex
erois. Iteꝫ rex fortius. itē rex philimenis deīde cete
ri reges q̄ ad troie ſubſidiū aduenerūt. Rex aūt pria
m⁹ ōnib⁹ predictis regibus ⁊ acieb⁹ eorum licentiaꝫ
tribuit ad p̄liū exeūdi cum iam greci exiuiſſent ab eo
rū caſtris ad bellum. ⁊ hectori mandauit expreſſe.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt eo die ſe non deberet preliis immiſcere Hector ue
ro totus propterea exarſit ad iram· propter qđ mul
tas iniurias ⁊ exprobrationes uxori ſue dixit p quā
ad ſuggeſtionem eius perſenſit eē tractatū ne· ad bel
lum exiret. Tamen mandato patris omiſſo arma pe
tit a famulis ea famuli ſibi tradunt ⁊ armat̃ ex eis·
Sed dū hoc vidit andrometa eius vxor/ multo do
lore cōmota cū paruulo filio ſuo quē gerebat in bra
chio in multitudine lacrimaꝝ ſe ei9 proſternit ad pe
des ⁊ multiplicatis ſingultibus pre dolore humiliter
ſupplicat ſibi. vt arma ipſa deponat. Et dum hector
acquieſcere denegat andromache ſepi9 intermorit̃ in
ter brachia ante pedes ipſius dicēs. Si mei denegas
miſereri miſerearis ſaltim huius paruuli nati tui / ne
mater ipſius ⁊ filii tui ipſi amara morte depereāt. aut
per munduꝫ exules paupertate nimia ī maxīa verecū
dia depremant̃. Regina aūt heccuba mater ipſi9 caſ
ſandra ⁊ polixena ſorores eiuſdē ⁊ helena proſtrate
ante eius pedes in lacrimis ip̄m rogāt· vt depoſitis
ipſis armis tutus in ſua regia conquieſcat· At ille ea
rum nec mouetur ad lacrimas nec ad preces · Arma
tus ergo a palacio ſuo deſcendit ⁊ equum aſcendit·
Dum ire ad bellum intendit animo feſtinus andrōa
che facta ex multo dolore veluti mente capta ad re
gem priamum ſciſſis veſtibus laceratis genis ⁊ ſpar
ſis ſine lege capillis exclamans acceſſit· Sic enim fa
ciem ſuam vnguibus lacerauerat / ſanguine vndiqꝫ
defluente/ ꝙ vix agnoſci poterat a notis ſuis · ⁊ ſe
ante regis pedes in multo dolore proſternens ipſum
monet / ⁊ lachrimoſe precatur . vt ad

hectorem feſtin9 acceleret et ipſum ad palaciuꝫ reuo
cet ⁊ reducat anteq̃ immiſceri ſe bello ↄtingat. Rex
igit̃ priamus nulla mora protracta equum aſcendit
hectorem feſtinus inſequit̃. quẽ anteq̃ ſe plurimum
elongaſſet ad eum peruenit/⁊ eius equi habẽa uelut
irato aĩo intercepta hectorẽ monet ⁊ rogat in ſacris
⁊ per numina deorum ipm̃ adiurat vt redeat ⁊ vlte
rius nõ ꝓcedat. Qui demũ ĩ multa ↄtradictõe iuſſui
patris obtemperãs redit inuitus ⁊ in palaciũ ſuũ aſ
cendit/nec tamen arma quibus erat indutus depone
re procurauit. Bellum aũt interim letale committit̃.
Diomedes ⁊ troilus bello conueniunt ambo ĩ equo
rum eoꝝ curſib9 ſe grauiter impetũt in duris ictib9 lã
ceaꝝ. Et indubitanter tunc alter alterum peremiſſet/
niſi ꝙ menelaus cum ſua acie peruenit ad illos q̃ cer
tamen amboꝝ inuicem ſeparauit. Menelaus aũt in r̃
gem miſereꝫ regẽ frigie irruit/⁊ animoſe ipm̃ ab equo
deiecit. Greci regem miſerẽ capiunt. ⁊ captuꝫ aſporta
re nitunt̃. niſi tunc velociter occurriſſet polidamas q̃
in ſuis viribus ⁊ ſue potentie acie regẽ frigie ne duce
ret̃ captiuus viriliter ĩpediuit. Greci vero videntes
ꝙ eũ captiuuꝫ ducere non poterãt ꝓpoſuerũt incide
re ſibi caput. Sꝫ tũc ſuperuenit ille fortiſſim9 troilus
q̃ multis tũc per euꝫ interfectis grecis ipm̃ ab eoruꝫ
manibus liberauit. Tunc thelemonius aiax cũ trib9
milibus pugnatorum bellum intrauit. ⁊ ĩ polidamã
irruit ipſuꝫ proſtrauit ab equo. Sed troilus feſtin9
occurrit/qui polidamam in equum ſuuꝫ fecit aſcẽde
re multo labore depreſſum. Tunc paris bellũ ĩtrauit
et ex parte grecorum achilles q̃ cum ſuis ſic potenter

irruit in troianos ꝙ greci ĩ virtute achillis troiãos
vertunt in fugam/ ⁊ terga ſunt dare troiani coacti. ⁊
in ciuitatem ſe recipere feſtinabãt. Interim dum mar
gariton vnus ex filiis regis priami intercipere conat᷑
achillem. achilles dũ ille ſibi viriliter reſtitiſſet inter
fecit eundez. Tunc clamor fuit maximus de morte
margariton crudeliter interfecti. ⁊ thelamonius aiax
troianos potenter inſeq̄t᷑. Sz paris viriliter eos de
fendit necnon ⁊ alii filii naturales priami/ nõ tñ ĩ tã
tum in viribꝰ ꝓualuerunt quĩ troiani ꝑcipiti fuga ci
uitatez intrãtes eoꝝ. corpus margariton ad ciuitatẽ
mortuuz detulerunt. Quẽ ut mortuũ hector audiuit
multo dolore torquet᷑/ diligenter querit quis eũ in
terfecerit/ quez achillem fuiſſe relatũ ẽ ei. Tũc hector
quaſi furibundus in ira ligata caſſide rege patre iſci
o bellum ingredit᷑ ⁊ ſtatim in furore ſuo duos ma
nos duces interfecit/ eripolum ſ. ⁊ ducẽ baſtidum.
Grecos deinde viriliter impetit diruit vulnerat ⁊ oc
cidit. quem greci illico cognouerũt in letalibus ictibꝰ
enſis ſui. ⁊ a facie eius aufugiunt. troiani aũt grecos
inuadunt ⁊ potenter ip̄os expugnãt. Greci uero po
lidamã capiũt ⁊ captũ educere conabãt᷑ a bello/ ſed
hector ip̄m liberat q̇ ducentes eum in ſuis viribus in
terfecit. quod dũ inſpexiſſet quidaz grecoꝝ maximꝰ
admiratus nomĩe leochides in hectorẽ irruit morti
tradere putãs eum. Sz hector totus exardeſcens ĩ irã
in ip̄m irruit/ ⁊ furore ire ſue interfecit eũdẽ. Achilles
vero ut vidit hectorẽ tot nobiles grecorũ ⁊ infini
tos alios morti ſic velociter tradidiſſe ſuo concepit
in animo/ ꝙ niſi velociter hector morti tradatur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nunq̃ greci aduerſus troianos poterunt preualere·
Diligenter igit̃ ſcrutatus ĩ ſue mentis archano quali
ter in ↄtinenti illud perficere valeat ⁊ complere.ı Et
dum meditaret̃ diligenter achilles ĩ his. ⁊ politenes
dux qui ob achillis amorem in grecoꝝ ſubſidiuꝫ ſe
ↄtulerat ſperãs etiã quãdã ſororem achillis ducere ĩ
uxorem· qui a ſuperiori india valde dites ↄuenerat
dũ inter turmas hectori obuiaſſet/hector ĩ ipm̃ irru
ens interfecit eundẽ achille vidente. Achilles aũt furi
bundus in hectorẽ irruit vindicare politenis necem
intendens. Sed hector quoddã iaculuꝫ cuius ferrum
erat in eius acumine valde ſecans vibrauit viriliter
in achillem. Et duꝫ ipſuꝫ percuſſiſſet in inguine gra
ue ſibi vulnus inflixit Achilles aũt in bello vulnera
tus egredit̃. ſed vulnere ipſo ligato redit ad bellum
eo propoſito ꝙ hectorem morti tradat etiam ſi eum
exinde mori ↄtingat Hector vero interim in quẽdã
grecorum regem irruerat ipm̃ ceperat ⁊ captũ cõaba
tur ipm̃ a turmis extrahere ſcuto ſuo ſibi poſt terga
reiecto. vt abilius ipm̃ regem a turmis eripere potuiſ
ſet. Quare pectus ſuum diſcoopertum iã gerebat ſcu
ti ſui.ſ. defẽſione priuatũ· Quod achilles dũ pſenſit
hectorem ante pectus ſcuti ſui ſubſidiũ nõ hr̃e accep
ta quadã lãcea ualde forti nõ aduertẽte hectoꝛ̃ velo
citer in hectorẽ irruit ipm̃ letaliter vulnerauit in pec
tore. ſic ꝙ eum mortuuꝫ deiecit ab equo. Rex uero o
demõ ſtatĩ ut uidit hectorẽ mortuũ achillẽ aggredi
tur ipm̃ ab equo deiecit ⁊ letaliter vulnerat· ſic ꝙ ſui
mirmidones eũ quaſi mortuũ ad ſua caſtra deducũt
in ſcuto· Troiani uero qui deuicti cãpũ deſerũt citatẽ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

itrāt ī quā corpꝰ hectoris mortuū grecis nō reſiſten
tibus detulerūt.

¶ De ſepulchro hectoris ⁊ de palamidis īſup actoꝝ
excercitus grecoruꝫ aſſumpto.

Mortuo igitᷣ hectore ⁊ in ciuitate troie eiꝰ corpe
introducto planctus fit maximꝰ vniuerſaliter
inter ciues. Nō enī ē aliqͣs ciuiū q̇ nō maluiſſet filiuꝫ
ſuum morti tradere ꝓ vita hectoris ſi hoc fata vel
dii pro eoꝝ votis ſalubriter ſtatuiſſent. Mulieres e
tiā troiane tam virgines q̄ꝫ matrone in eaꝝ domibꝰ
ſatis lugubres dies in eaꝝ querelis ducūt clamoribꝰ
ꝓdūt voces ſuas flebiles dicētes ſe āmō cū earū filiis
⁊ maritis īdubitāter reſpirare nō poſſe cū eis cū hec
tore deficiente defecerit eaꝝ firma ſecuritas. q̄ ab in
ſidiis hoſtiū eas faciebat reſpirare ſecuras Cum ⁊ ea
rum hoſtes ſollicite in eaꝝ ⁊ maritoꝝ eoꝝ venerint
inſidiis vt vel eas ⁊ eos intercipiant ⁊ occidātvẻ ut
eas ⁊ eaꝝ liberos perpetue adiciāt ſeruituti. ⁊ ſic i tā
ti fletus ⁊ doloris āguſtiis lōgis diebꝰ ↄtinue uaca
uerūt. Corpus āt hectoris vniuerſi reges ⁊ nobilesq̄
erāt in troia ad regis priami regiā ſciſſis veſtibꝰ ⁊ nu
datis capitibus in maxīo vlulatu deferūt ⁊ deponūt
Qđ poſtq̄ꝫ vidit priamꝰ īeffabili dolore concutitᷣ ſu
pra corpus hectoris ſepius intermoritᷣ. ⁊ id ſibi per
breuia momēta ſepius accidiſſꝫ / niſi fuiſſet ſepius a
corpore hectoris violēter abſtractꝰ. ⁊ ꝓinde ſine du
bio ſue mortis exitū īcurriſſet. Sic ⁊ dolētes frēs e
iuſdem doloris caſu vniuerſaliter torquebātᷣ cū mo
ri magis q̄ꝫ viuere potius affectarēt. Quid dicetᷣ er
go de regina heccuba matre ſua. de eius ſororibus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf